

ROMANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

NICOLAI A LONGOBARDIS

Oblati Professi Ordinis Minimorum
S. FRANCISCI DE PAULA.

N O V Æ

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologicalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum; nec non Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER.



DUBIO profectò sunt DEI FAMULI, qui hac nostra fere ætate Romam, in qua diu versati sunt, vel postremum videre diem, præclaris Virtutum exemplis plurimum illustrarunt. Horum alter jure merito censerì potest VEN. D. S. NICOLAUS A LONGOBARDIS *Oblatus Professus Ordinis Minimorum S. FRANCISCI DE PAULA*, cujus gesta etsi Sacræ Congregationi visa adhuc non sint satis speciosa, quibus inter heroes mereatur adscribi; magnam tamen sanctitatis opinionem ei compararunt, in Urbe præsertim, quæ illum excepit, ejusque agendi rationem diuturno plurimum annorum spatio ad ejus obitum usque suspexit: Hæc autem sanctitatis opinio in causa fuit, cur de ejus Virtutibus institueretur Judicium, quod primum fuit actum die 16. Maii 1762. in Congregatione, quæ *Antepreparatoria* dicitur, & modo in altera, quam *Preparatoriam* vocamus, instaurandum est: Quum autem plurimi ex Sapientissimis Patribus, qui eidem Congregationi interfuerunt, tuleruntque suffragium, aliqua animadvertissent, quæ quum hominem, cujus facinora ad perfectionis apicem exigenda sunt, dedecere vi-

A dean-